

42. August. Paschas. Gregor. Basil. Seleuc. Alb. Magn. D. Thom.

In Predicatione Evangelica potestas Dei declaratur.

1. Cor. 12.

43. Basil. Seleuc.

Abulens.

Omne bonum Deo tribuendum.

1. Cor. 1.

44.

Nil mundanum vult Dominus in suis ministris.

Veritas per seipsam valde efficax.

Mundi bona sunt ad Christum impedienda.

Prima, & communis solutio Sanctorum Petrum, D. Augustini lib. 18. de civitate Dei cap. 49. D. Paschasij, lib. 3. in Matib. Divi Gregorij lib. 9. Epistoliarum Epist. 58. Divi Basilij Seleuci orat. 30. D. Hieronymi, Alberti Magni, Divi Thomæ, & aliorum hoc loco, Christus, ait D. Gregor. citatus, Prædicatores suos, quos in mundum misit, sine litteris elegit, ut mundum ostenderet, non sapientia hominum sed sua se virtute convertere. Dum enim homines simplices viros purissimos convertunt, & ex suis erroribus à pueritia ebibitis ad fidem Christi trahunt, evidens esset, quòd à solo Deo illud feret; Deus enim per suos Prædicatores convertit Principes sæculi, ac Romanos, totius orbis dominos; tamen dum tanta res fit per homines simplices, & sine litteris absque persuasione humanæ sapientiæ, virtus Dei manifestè apparet, ut ait Paulus 1. Corinth. 2. num. 4. Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humana sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis: ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Secundò D. Basilij Seleucus cit. orat. 30. Fas mihi fuit, ait Dominus, Regibus uti ministris: fas mihi fuit, Rhetorum linguas docere, in administras trahere: potius Angelorum ordinibus prædicandi munus crederet; sed tunc famulatum splendorem gloriam meam ad se raperet. De ejus enim existimatione, qui rem gerit, famulorum potentia quiddam detrahit. Vos ergo comperio fidos miraculorum novorum custodes, quibus enim nullum humanum præsidium præsens est, apud hos Dei potestas retinetur integra. Similiter Abulens 9. 104. Deus vult te cognosci auctor suorum miraculorum, & ut ei nostra bona referantur. Si Dominus elegisset potentes, aut sapientes, & per hos lex Christi introduceretur, quis eorum cogitaret, aut superbiere posset, quod propter ipsum lex Evangelica suscepta esset in mundo. Ne ergo quis erraret, eligit Dominus pauperes, & litteratos, ut sic tolleretur occasio inaniter gloriandi, quòd per potentiam, vel sapientiam eorum aliquid factum fuerit; sed ut ita totum negotium ex integro Deo tribueretur. Ita ait Paulus 1. Corinth. 1. num. 27. Qua stalta sum mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, ut non gloriaretur omnis caro in conspectu ejus.

Tertiò, Christus Dominus novam Ecclesiam creans, novam Rempublicam erigens, eligit Dominus homines sine litteris, sine divitiis, sine nobilitate, in quibus nihil esset hujus sæculi, sed ornatus ac apparatus omne è cælo veniret. In ministris suis nihil mundanum Dominus vult reperiri: aded alienos à rebus hujus sæculi nos esse exoptat. Deinde non bene conjunguntur cælestia dona cum terrenis bonis; sed valde frequenter mutuo se excludunt. Quartò, Maxime distat mendacium, & veritas: mendacium multo indiget artificio sapientiæ, potentia, & astutia; at veritas adeo firma, & munita per se subsistit, ut opus non habeat mundanæ sapientiæ. Cum autem Apostoli vocarentur, ut essent prædicatores veritatis, optimè eliguntur homines simplices sine astutia, ac compositione verborum. Quinto trahebantur ad Apostolatam ad Christi sequelam, ac peregrinationem totius orbis; & ad hujusmodi negotium divitiæ potius essent impedimenta, quam

adjumenta. Sexto, ut ait Salmeiron citatus. Judicaretur Christus personarum acceptor, si divites & sapientes assumpsisset, & non pauperes, & ignaros; valde autem detestabile est vitium acceptionis personarum, in Principe, Prælato, ac Rectore.

Septimò D. Augustinus tract. 7. in Joan. Volens, ait, Dominus, superbiorum cervicibus frangere, non quaesivit per Oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est Imperatorem. Deus cujus sapientiæ nullus est terminus, per infirma mundi confundit fortia, & seivit sibi in Apostolos homines simplices, pauperes, & ignobiles, ut confunderet, ac confringeret superbiam potentum, inflationem sapientium, opulentiam divitum, ut ita sua omnipotentia triumpharet, dum per abjectos homines tota sæculi fortitudo subjugatur. Vide lib. 2. c. 1. num. 5. Deinde via humilitatis exultaret, quæ mundi superbiam sua subjectione comprimeret, ac prosterneret.

Jeremias 5. num. 2. ait: Posuit, scilicet Dominus, arenam terminum mari præceptum sempiternum, quod non præteribit, & commovebitur, & non poterunt, & intumescunt flatus ejus, & non transibunt illum. Sed cur Dominus intumescens maris supercilium, frementes flatus ejus, & vicem superbiam comprimit? Cur non potius ænea, vel ferrea posuit mœnia? Absque dubio per arenam humilitatis Sanctorum designatur, quæ quamvis parva, ac minuta videatur, ita ut dilectoribus mundi despectus habeatur; vim tamen habet tantam, ut mundaniam superbiam, ac elationem contunderet, ac confringere queat, atque spumantes furia tyrannos possit comminere, refrænare, ac subjugare. Divus Gregorius lib. 9. moral. cap. 9. Arenam quippe, ait, Dominus mari terminum imposuit, quia ad frangendum mundi gloriam abjectos, & pauperes elegit. Cujus nimirum maris fluctus intumescunt, cum potestates sæculi ad communionem persecutionis exitum, sed transire arenam nequeunt, quia despectorum miraculis, & humilitate franguntur.

QUESTIO VII.

Quare Dominus inter suos discipulos aliquos etiam peritos elegerit?

Cum sit questione superiori resolutum, quòd Deus homines idiotas, & sine litteris in discipulos elegerit, ut de Petro, & Joanne patet Act. 4. num. 13, & de aliis est communis sententia patrum, ut vidimus. Non erit abs re hic notare, quòd etiam inter suos discipulos vocavit Dominus aliquos viros peritos. Nam Nicodemus fuit unus ex Christi discipulis, & tamen non erat vir doctus. Et ita ei dixit Christus: Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Joan. 3. num. 10. Sic etiam Nathanael, vir valde doctus in lege, ut communiter notant expositores Joan. 1. à num. 45. Hujus rei rationem investigamus.

Respondet primò Abulens 104. in fine. Fuit conveniens, ait, ut Dominus aliquos peritos vocaret, quia si solum simplices elegerit, putatur, quòd ex ignorantia fuerant decepti sequendo

In his ampulandis est murmurandi occasio.

49. Lorin. Sapientes conveniendi minimè sunt.

50. Anton.

Act. 1.

Blogium S. Matthei.

Ad dignitates, & prælaturas à nobis non sunt vocandi, nisi sapientes.

51.

Genes. 41. Ad regimen sapientior eligendus.

sequendo Christum, quamvis præcipui Prædicatores Evangelij fuerint simplices, propter rationes superius datas. Ut ergo clauderentur impia ora Porphyrij, & Juliani detrahentium, eo quòd Dominus elegit simplices Prædicatores, ut retuli ad initium superioris questionis, vocantur aliqui viri periti. Ut tamen Dei potentia declaretur, majori ex parte Prædicatores Evangelici viri simplices designantur. Ex quo accipere hoc documentum, quòd potestas ita sit manifestanda, ut obloquendi in pus tollator occasio.

Secundò Lorinus in Acta Apostolorum, c. 1. vers. 13. ait: Conveniens fuit, aliquem inter discipulos litterarum admitti, ne videretur, sapientes omnino contemnitur & Paulus postea cooperatus est, optimè in lege eruditus, Act. 22. n. 3. ad Galat. 1. num. 14. Et aggregatus Ecclesiæ Apostolo, eloquens, & potens in Scripturis, Act. 18. num. 24.

Tertiò Divus Antonius part. 1. tit. 6. part. 2. ait, Mattheum fuisse in lege eruditissimum. Quòd si Dominus elegerit Apostolos, simplices, & illiteratos, ne scilicet conversio mundi per predicationem illorum attribueretur humana industria, sed virtuti divinæ, voluit tamen ab Apostolis assumi Mattheum doctum in lege, ad insinuandum posteri Rectores Ecclesiarum, quòd periti viri, non idiotæ, sunt ad Clerum & regimen animarum assumendi, sic enim & Paulum doctissimum vocatum de cælo ad Apostolatam. Dum Dominus converteretur nobilium, elegit ad Apostolatam homines sine scientia, & litteris: tamen cum postea Apostoli vellent, ut ex discipulis unus in loco Judæ poneretur, statuerunt duos Ioseph, & Mattheum. Et cecidit fors super Mattheum, Act. 1. num. 23. Et tunc inter Apostolos numeratus est Mattheus, qui erat vir peritissimus, ac valde scientia eminens, ut testatur ejus Elogium: Mattheus, in lege Domini doctissimus, corpore mundus, animo prudens; in solvendis questionibus sacre Scripturæ acutus, in consilio providus, in fermocinatione expeditus. Refert Divus Antonius citatus à Lorino Act. 1. vers. 26. Sed Dominus elegit ad Apostolatam illiteratos; at tamen postea ab apostolis statuitur vir doctissimus ad eorum numerum comprehendendum: Christus cum possit facere de lapidibus homines, eligit viros sine litteris, ut virtus Evangelij fieret manifesta, utque nostra conversio, non humanæ sapientiæ, sed Dei virtuti tribueretur; at dum Apostoli eligunt, virum doctissimum vocant, ut habeant documentum, quòd Ecclesiasticæ dignitates, & prælaturæ non sunt conferendæ, nisi viris doctis, & peritis.

Postquam Ioseph somnium Pharaonis explicavit, ait ei Rex: Quia Deus ostendit tibi omnia, que lacus es, nunquid sapientiorum & confirmatum tui invenire poteris? Tu eris super domum meam, Genes. 41. n. 39. Cur Rex alienigenam, hominem ignotum, educatum è carcere constituit super universam domum suam, & totius regni ei regimen tradit? Ait ei pharao: Nunquid sapientiorum tui invenire poteris; tanquam si diceret: Regni regimen prudentiori est committendum, & quia te non datur alius præstantior; ideo te eligo ad supremum regni clavum post me. Lippoman. Nemo, ait, est prudens, & sapiens, sicut tu, cui hæc committam, quæ sapientis consulis demandari debere.

Sylveira in Evang. Tom. II.

Videntes Apostoli multitudinem credentium, ut evitarentur querimonie, & viduis in quotidiano ministerio provideretur, dixerunt discipulis: Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Act. 6. n. 3. Agebatur, ut eligerentur viri, qui haberent præfecturam ministerij viduarum. Et dom dicunt, hos oportere esse plenos Spiritu sancto, hoc est, donis Spiritus sancti, ex quibus unum est sapientia; suboritur dubium: Si Apostoli, dum dicunt viros plenos Spiritu sancto, intelligunt sapientia referros: ad quid iterum additur, plenos sapientia? Ad hoc, ut in illis viris esset fortitudo, Dei timor: sat fuit dicere: viros plenos Spiritu sancto, cum illius dona sint: cur hoc non sufficit in sapientia? Aded exigitur in eo, qui elligitur ad præfecturam, sapientia, ut non tantum semel, sed bis eam commendare videretur: & ideo sapientia semel dicitur, implicitè in donis Spiritus sancti; & iterum expresse profertur, plenos sapientia. D. Chrysostr. hom. 14. in Acta. Eligere autem viros, ait, illis permissum, ut ne viderentur ipsi in gratiam quorundam agere, etenim sapientia multa opus est in hujusmodi dispensationibus profecto non est existimandum, quoniam rationem non crediderunt.

QUESTIO VIII.

Quare Dominus piscatores eligat in Apostolos?

Valde mysteriosum, quòd ex tot, tantisque hominibus, ut statim subjiciam ex Tertulliano, piscatores ad tantum munus eligat Dominus. Ratio à priori, divina voluntas. Ex Sanctis Patribus aliquas rationes profertur.

Respondetur primò, Dominus piscatores eligat, quia ita vaticinatum erat per Jeremiam Prophetam cap. 16. num. 16. Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos. Quod elegantissimè ponderavit Tertull. lib. 4. contra Marcionem cap. 9. De tot generibus, ait, operum, quid unquam ad piscaturam respexit, ut ab illa in Apostolos sumeret Simonem, & agnosceret filios Zebedæi? non enim simplex factum videri potest, de quo argumentum processurum erat: hoc enim dicto intellectum illis suggererat adimpletam prophetiam, se eum esse, qui per Jeremiam pronuntiaverat: Ecce mittam piscatores multos. Denique relictis retibus secuti sunt eum, ipsum intelligentes, qui ceperat facere, quòd dixerat. Similiter Divus Remigius. Prædixerat Dominus per Prophetam, à se mittendos esse piscatores ad fagenam evangelicam, ideo eos ad se vocat, ut ex adimpleta prophetia cognosceretur, quòd ipse erat, qui antea locutus fuerat. Deinde, ut inciperet facere, quòd dixerat, Dominus piscatores ad piscandam prædicationem se missurum, ideo prius ipse incipit piscari Petrum, Andream, & alios. Ut ait Chrysostr. homil. 4. in Marcum Piscatur eos Jesus, ut ipsi piscarentur alios piscatores. Ipsi primum pisces efficiuntur, ut piscentur à Christo, postea alios piscaturi.

Christus incipit facere quòd docerat. Chrysostr.



55. Calixt.

Secundò S. Calixtus Papa serm. 2. de sancto Jacobo. Hos autem piscatores, generis humani reparatores, ante nati sui incarnationem promissis per Jeremiam Prophetam, dicens ecce ego mittam ad vos piscatores multos: merito natus, & vocavit ad se, & misit ad predicandum animas, quas pater praelegerat. Christus Dominus omnibus filiis exemplum praebens sui patris dispositionem implet, & exequitur nullos alios vocat praeter eos, quos Pater praelegerat, illius in omnibus ordinationem nominat animas: quia Praedicator ita debet esse à temporalibus segregatus, ac si homo carneus, sed anima, & spiritus esset.

Bonus filius adimplet patris voluntatem.

56. Chrysof.

Tertiò D. Chrysofostom, in Imperfecto hom. 7. paulo post principium, ubi ponderat quod Dominus vocat piscatores mittentes rete. Futura dignitatis, ait, gratiam artificij sui opere prophetantes; ut intelligamus, quia non solum illa secunda piscatio spiritualis à Deo eis erat donata, sed etiam illa prima corporis, Dei providentia, in eis fuerat ordinata. Expende prima verba, Deus, ut optimus rerum gubernator, officiorum distributiones ad propensionem, ac inclinationem nostram maxime accommodat, ita ut hominis inclinatio aliqua sit futuri muneris praesagium. In Apostolis expiscandi artificium insinuabat assumendos ad caelestem hominum piscationem, & humana divinam jam designabat expiscatio; ita enim Deus ad nostram naturam condescendit, ut illius congenitum studium, ac continua occupatio, quodammodo Prophetia, indexque sit futuri officij. Futura dignitatis gratiam, artificij sui opere prophetantes. Princeps, si optimos ministros exoptat, juxta uniuscujusque ingenium distribuat munia.

Propria hominis inclinatio, aliqualis est futuri muneris prospectiva.

57. Euseb. Gall.

Quartò Eusebius Gallicanus homil. de S. Andraea Vocat autem Dominus, ait, piscatores, quoniam tales ei erant necessarii, qui aquis assueti, & piscandi, & baptizandi essent periti. Ideoque non artem mutare eis praecepit, sed longe melioris piscationis, & alterius generis piscium eos piscatores fore promittit, dicens, Venite post me, &c. Dominus res maxime suaviter disponit. Vocabat Apostolos ad piscationem divinam, ad baptizandi in aqua ministerium, ad hoc munus non lignorum, vel lapidum artifices, at piscatores trahit in aquis peritos, mutata in hoc non arte, sed materia: ut inde discamus, ad unamquamque rem adseiscere homines illius artifices, ac peritos, quia, ut est commune adagium: Quilibet in arte sua.

Ad quamlibet rem proprii illius sunt vocandi artifices.

58.

Quintò Dominus ad suum Apostolatam, non venatores, sed piscatores adducit. Quoniam hujus reiteratione optima sanè, Venatores ad certam, determinatamque aviculam, atque praedam feruntur, ac suam in eam intendunt collivare sagittam, instrumentumque venae. At contra piscator insincentu jacet rete ad comprehendendos quoscunque, qui intra verint, pisces, ita ut nec ad hunc, nec ad illum porius piscem rete determinate extendatur. Ita doctor, ac Praedicator neminem suo debet determinate suggillare sermone, nec in aliquem dirigere verbum, sed suum extendere rete ad omnes doctrina, monitis, ac documentis capiendos D. Chryf. hom. 7. in Imperfecto, faveat hinc cogitationi. Nam sicut, ait, qui retia jactat in aquam, nescit, quos pisces comprehensurus est, sed quos Deus ei transferet, illi intrant in retia: sic doctor, quando divini sermonis retia super popu-

Praedicator neminem debet suggillare sermones sed ad omnes extendere illi.

Chrysof.

lum jactat, nescit qui sunt accessuri ad Deum, sed quoscunque Deus excitaverit, illi adhaerent doctrina.

Sextò, Ad officium piscatoris maxime spectat, omnes sinus, flexus, ac reflexus maris, fluminum, & lacunarum exploratos, ac indagatos habere; cælum, cursus, ac mutationes Lunæ observare, tempora piscationis apta non praetermittere, rigidum frigus perferre, magna pericula adire, totas noctes, quando alij somno incumbunt, operando, ac vigilando pertransire. Similia ferè observare debent, qui Apostolico munere funguntur, tempus opportunum ad praedicandum considerare debent, & maris, periculis, ac procellosis tempestatibus se committere, ut ita Christo homines lacri-

59.

Multiplex in praedicatione labor.

At Regius Vates Psalm. 106. num. 23. Annuntiant opera Dei in exultatione, qui descendunt mare in navibus, & facientes operationem in aquis multis; ipsi viderunt opera Dei, & mirabilia ejus in profundo. Isti descendentes in mare sunt Praedicatorum Apostolicorum, ut exponat Agellius, ac nobis, Cassiod. Brunonius, Hugo, & alij. Inò à veteribus Rabbini, ut refert hic Lorinus, locus exponebatur de Apostolis piscatoribus. Mare est mundus, in quem veniunt Praedicatorum in navi Ecclesiae, vel in navi Crucis Christi, illos tamen curiosè notabis: quod isti navigantes non pergunt in pelagus, ut faciant operationem suam tranquillo mari, sed in medio aquarum multarum hoc est, in furiosa aquarum tempestate. Et vident opera Dei, non in elatione maris, quando tumescentibus fluctibus caelo appropinquare videbantur, sed quando descendunt in abyssum, ac veluti ad submerionem tendunt. Ut Praedicatoribus sit notum, quod praedicandi munus ipsi suscipiunt: ut suam faciant operationem in medio multarum aquarum contradictionum, ac persecutionum. Sed dum Praedicatorum quodammodo in abyssum demergi, à furiosaque tribulationum videntur obrui tempestate, ibi Dei opera & mirabilia vident; nam virtute Dei tyrannos crudeles comprimunt, inimicos refranant, duos resolvunt in lachrymas, incontinentes redigunt ad angelicam puritatem, efferatos ad mansuetudinem, superbos ad humilitatem. Brunonius Sacerdotes, ait, descendunt in mare in navibus, in Ecclesiis, quae Christum portant, & à fluctibus hujus mundi inundantur; facientes operationem, id est, praedicant populis Christianis. Isti autem Praedicatorum, qui Dei opera spirituali intelligentia cognoverunt; in profunda enim caligine per eorum praedicationem lumen veritatis illuxit, ut viderent in tenebris clarissimis clarè lumen Deo operante, verissime Trinitatis.

60. Psalm. 106. Agell. Anob. Cassiod. Brunon. Hugo. Lorin.

Sciat Praedicator esse officium suum ad labores, & persecutiones sustinendas.

Ait Habacuc 3. num. 15. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. per equos praedicatorum intelliguntur, per quos Christus vehitur per totum orbem, ut docent, ac rectè explicant verba illa etiam Habacuc. 3. num. 8. Qui ascendit super equos tuos. Divus Ambrosius lib. de Naboth. cap. 15. ibi D. Hieronymus, Hugo, & alij. Cur ergo Dominus tuis Praedicatoribus viam fecit, non in terra, sed in mari? Est in mari, cur non in aqua crystallina, vel in lapidibus pretiosis, qui ibi gignuntur, sed in luto aquarum multarum? Ut sciat praedicator, sibi committi munus praedicationis, non ut requiescat, & exultet in terra, sed ut in mari contradictionis tribula-

61. Habacuc.

Ambros. D. Hieron. Hugo.

tribulationes, ac diversitates patiat. Et hoc, non in auro, sed in luto aquarum: quia Praedicator non debet attendere ad aurum, aut lapidem pretiosum acquirendum, nec ad hæc mentem dirigere; sed ad fæces, ac fordes animarum, ut eas doctrina purificare, ac emendare valeat. D. Gregorius Magn. lib. 4. moral. cap. 9. Viam fecisti, ait, in mari equis tuis, in luto aquarum multarum; ac si diceret: Aperuisti Praedicatoribus tuis inter doctrinas hujus saeculi, sordida, & terrena sapientes. Similiter tunc D. Remigius ad locum citatum Habacuc.

Praedicatoris munus ad labores sufficiens, non vero ad aurum requirendum, Greg. Magn. ait, in mari equis tuis, in luto aquarum multarum; ac si diceret: Aperuisti Praedicatoribus tuis inter doctrinas hujus saeculi, sordida, & terrena sapientes. Remigius. Similiter tunc D. Remigius ad locum citatum Habacuc.

Ezech. 27.

Hieron. Theodor. Lyran. Hugo. Carthuf. Cornelius.

Munia publica juxta ministrorum capacitatem distribuenda

66. Reg. 13.

Greg. Mag.

Minister querendus est aptus ad officium. Cajet.

Abulensis.

QUESTIO IX.

Quare juxta mare Dominus Apostolos vocet.

62. Euseb. Gall.

62. A Trahit Dominus ad se hos Apostolos, non in domo, non in platea, sed ambulans juxta mare, tunc vocat eos. Eusebius Gallicanus homil. de S. Andraea, respondet tumidi. Ecce primos, ait, discipulos suos de mari Dominus vocat, quoniam multos alio per eos de hujus mundi fluctuosa amaritudine ad fidem vocare dispeserat: ut quia de mari à Domino vocantur, ipsi quoque periclitantur animas de mundi hujus naufragio, & de viciorum insurgentibus procellis liberare discant. Vocabat Dominus Petrum, & Andream, Jacobum, & Joannem, ut essent Apostoli, ac principes orbis terrarum, & juxta mare eos ad se asciscitur, ut ex suo elationis modo compati alii discerent; nam sicut ipsi à Domino vocantur de mari, ubi homines naufragantur; ita & ipsi animas, quas aquis maris vitiorum, ac peccatorum obrutas viderent naufragari, non contemnerent, sed manum eis portigentis salutari pabulo vivificarent, & hoc pacto ex propria miseria, ac periculo, aliorum ærumnis optulari, ac propitiari instructentur.

Discat miseris compati, qui ab ærumnis ad felicitatem vocantur.

63. Palat.

Secundò responder Palatius. Nota, ait, quantum est, oculis res contueri? Ambulans, & circumiens, & circumspiciens mare, maris miseris, tangitur. Pelagus ærumnas, ac miseria denotat, & significat. Magna est velut mare contritio tua, Threnor. 2. num. 13. exemplum dans, quòd Prælati oculis suis suos debent lustrare, ut eorum videant afflictiones, quas nisi vidissent, nec credere potuissent, nec ad eas agnoscendas persequerentur.

Threnor. 2. Maxime motus oculis suis subdito- rum miseria videre.

64.

Tertiò: Ad mare tendit Dominus, & juxta illud ambulans Petrum vocat, & Andream. Quærebatur Dominus ad Apostolatam suam piscatores suo muneri incumbentes; ideo opportunè ad litus maris pergit, ut ibi tanquam in proprio loco eos inveniat, & ad se trahat; docens nos, quòd, ut apti eligantur ministri, in sede, in qua resident, sunt perferendi: viri bellatores ex exercitu, non ex Religione trahendi; Praedicatorum evangelici, & viri reformati, non ex exercitu, sed ex Religione, ac ex Ecclesia asciscendi; viri apprimè docti, non ex ludentium cœtu, sed ex cathedris, scholisque peroprandi.

Ministri apti proprio loco trahendi.

65.

Alta indagine illam Tyri navem considera. Et relinquo, quod ad illius structuram multæ orbis partes confluerent. Considero tamen, quod ejus nautæ erant ex omni fere natione, quæ sub cælo

est, ut dicitur. Ezechiel. 27. num. 9. Omnes naves maris, & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis tue. Habitatores Sidonis, & Aradii, illius remiges extiterunt; sapientes Tyrij gubernatores. Senes Giblii, dederunt nautas ad ministerium. Persæ, & 4ydii erant in exercitu bellatores filii Aradii super muros, Pygmæi in turribus; Carthaginenses negotiatores; Græci, & filii Thubal, & Mosoch institutores. Sed ad quid ex tot, & tam diversis nationibus navis impletur? Nonne ubi multæ sunt diversæ nationes, ibi trixæ, & bella? Consule expositores Hieronymum, Theodoretum, Lyranum, Hugonem, Carthusianum, Cornelium, & invenies, quod unaquæque gens eminebat in munere, ad quod vocatur. Sidonis, & Aradii habitatores, tanquam infularum, valde peritissimi remiges. Sapientes Tyrij affecti gubernaculo. Senes Giblii, ut pote maritimi, affecti navigationi, dederunt nautas, persæ tanquam milites fortissimi Regis Cyri, erant in exercitu ad bellandum. Lydi, tempore illo famosissimi gubernatores ad prælia, filii Aradii ad sagittandum promptissimi erant super muros; sicut & Pygmæi; Carthaginenses valde versatissimi in mercatura. Totum regimen civitatis, ac navis non committitur uni, vel alteri populo, sed universæ nationi, prout unaquæque in sua arte pollebat, & ita ad munus distributionem vocatur.

Ezech. 27.

Hieron. Theodor. Lyran. Hugo. Carthuf. Cornelius.

Munia publica juxta ministrorum capacitatem distribuenda

66. Reg. 13.

Greg. Mag.

Minister querendus est aptus ad officium. Cajet.

Abulensis.

QUESTIO X.

Quare Dominus hos vocet Apostolos, non extrahentes, sed mittentes rete?

Magno mysterio ponderandum est, quòd non despicit Dominus homines in vili munere laborantes, nempe in arte piscatoria; immò inde eos vocat. Et maxime placent ex proprio officio occupati, ac suum munus adimplentes. Non vocat ad Apostolatam otiosos, sicut erant illi, quibus in foro dicitur: Quid hic stas tota die otiosus? Matth. 20. num. 7. Et vocantur ad vineam, Vide infra num. 76. At ad summam apostolicam digni

67. Occupati in proprio officio ad magnum apti.

Matth. 20.